

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Ex eodem 3. Natur. quæst. ca. (45.)

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

terè (si modo te dignum mortali dicendum est ore) cui spirans orans, intelligensque natura, & habere, & agere nunquam desinat gratias, cui tota conueniat vita, genui nix pro cumbere, & continuatis precibus supplicare. Prima enim tu causa es, locus rerum, ac spatium, fundamentum cunctorum, quæcumque sunt, infinitus, ingenitus, immortalis, perpetuus, solus, quem nulla delineat forma corporalis, nulla determinat circumscriptio qualitatis, sive situ, motu, & habitu, de quo nihil dici potest, & exprimi mortalium significacione verborū: qui, ut intelligatis, tacendum est, atque ne per umbras te possit errans inuestigare suspicio, nihil est omnino mutiendum. Da veniam, rex summe, tuos persequentibus famulos: & (quod tua benignitas est proprium) fugientibus ignoscere tui nominis, & religionis cultum, non est mirum, si ignoraris, maioris admirationis est, si sciatis.

*Dosi definitio ex Scenae*

**D**eī defini-  
tio ex Scen-  
ta.  
**Q**uid est Deus? mens vniuersi. quid est  
Deus; quod videt totum, & quod non vi-  
des totum: sic demum magnitudo illius illi  
redditur, qua nihil maius excogitari posset, si  
solus est, omnia, opus suum, & intra, & extra  
tenet. **Q**uid ergo isterest inter naturam Dei,  
& nostram? nostri pars melior animus est, in  
illo pars nulla, praeter animalium: totus ratio est:  
& Plinius. Totus est sensus, totus visus, totus  
auditus, totus anima, totus animi, totus sui.

Deerfield  
1077872.00  
1441354.

N*A*. hoc quidam crediderunt, louem esse,  
qualem in Capitolio, & in ceteris aedibus,  
videmus in itere manu falmina, sed eundem,  
quem nos louem intelligunt, custodem, re-  
ctorem vniuersitatis, viuendum ac spiritum munda-  
ni huius operis dominum, & artificem, cui no-  
men omne conuenit. Vis illum fatum vocare  
non errabis. Hic est, ex quo suspensa sunt om-  
nia, ex quo omnes causae causarum: vis illum  
prouidentiam dicere recte dices, est enim, cu-  
ius consilio huic mundo prouidentur, ut in-  
conclusus eat, & actus suos explicet. Vis illum  
naturam vocare non peccabis, est enim, ex  
quo nata sunt omnia, cuius spiritus viuimus:  
vis illum vocare mundum non falleris, ipse e-  
stum est totum, quod vides, totus suis partibus  
adutus, & si sustinens, vi sua.

*Philo.lib.de Cherub.*  
Θεός Ιενά ἀκονώντις τραχέων, ἀνέβησθε, ἀνέβη. Δεῦτε ἀπει  
δύ τοι, ἀχμής, ἐνδαιμονίας ἀχράτος μετόπος, τε τοῦ στοιχείου  
λειτοτάτη τούτου φύσισ, μᾶλλον γάρ τος ἄκρα, τοῦ  
τοῦ τέλους, τοῦ δύτοντος εὐδαιμονίας.

Eadem latine.

**D**eus est expers malorum omnium, semper  
vegetus, doloris neclius, iudefessus. lynze-  
ra felicitatis plenus, ipius natura perfectissi-  
ma, immo ipse est fastigium, extremaque linea  
felicitatis.

DEVS SEDENS IN CHERV-  
BIN.

*Apud Ezech. ex figura Villalpandi, style  
oratorio redditæ.*

Prophetæ apud Babylonios captiuo aperi-  
tur cœlum, & Dei magnificentissima arcana  
ostenduntur: ecce tibi primum ab Aquilone  
ventus ingruit, hinc cœlo intendunt se nubes  
vulneribus flammis accessæ, quas arietis cir-  
cumfusi circuli fulgor magna vestit dignitate.  
Continuò succedit ingens ille currus imma-  
nibus rotis incitatus, quas & interius arcana  
vis animat spiritus, & exterius micacium o-  
culorum interstincta multitudo iunctissime  
perspergit, currui impendet cœli species, & in  
cœlo thronus ex sapphiris pulcherrime con-  
cinnatus, in quo sedet princeps ille mundi  
Deus, amplâ, quæ est prædictus maiestate: iam  
vero currunt inter quadirigarum, rapiat qua-  
tuor iuuenes, igno, & su gurante vultu hu-  
mana carerogni, eaque præclarissima facie  
conspicui, nisi quod, & pectora leonum iubis  
cernuntur obsita, & ad utrumque latus perni-  
cies, veluti aquilarum alæ, iam volutui prolu-  
dentes, & pedes ad viruli plantam deformati,  
speciolum corpus mystica deformitate termi-  
nan.

### *De laude persona in genere.*

### **Prudentia in laudationibus adhibenda.**

CAPUT V.

**C**um omnis laudatio ad honestatem, & de-<sup>superioritate</sup>  
cuse spectare debeat, danda est imprimis <sup>nes in lan-</sup>  
<sup>opera.</sup>